

A beneficii. Tum Martinus: Decepisti me, inquit, nesciebam tibi imminere negotium. Tolle equum tuum, ecce in stabulo est. Et hora eadem resignavit illi. Nonne alterius securus est, inquit D. Bern. lib. 4. de Considerat. redisse legatum de terra auri sine auro, transisse per terram argenti, & argentum nescisse: donum insuper, quod poterat esse suspectum, illic rediisse?

D. Bern. lib. 4. de Considerat. Quomodo argentum accepisset, qui lignas refutavit? Non fuerunt, qui potuissent legato dicere: Diutius Abraham. Ipse vero cum Samuele liberè concionabatur ad omnes: Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum: si quempiam calumniatus sum, si oppressaliquem, si de manu cujusquam munus accepi, & contemniam illud hodie, vobiscum restituiam. O si talium daretur virorum copia, quales perstrinximus nunc, quid te felicius (inquit D. Bern. ad Eugen. summum Pontificem) quid illo jucundius feculo? Nonne secunda ab æternitate illorum tibi temporum beatitudo videretur, cum te quaeverium procedens, stipatum videres tam inclyto agmine beatorum? D. Bern. lib. 4. de Considerat.

Legati profani.

Dionysius senior Corinthiorum legatus ad se missis donaria, pro ut mos est, obtulit. Quæ cum illi negarent se accepturos, eò quod lex esset apud ipsos, vetans, ne legatione fungentes munera acciperent à principe: Rem, inquit, abfurdam facitis, qui quod unum bonum habet tyrannus, hoc tollitis, dum docetis, etiam beneficium à tyranno accipere periculosum esse. Ille gravem contumeliam judicabat, oblata recusat muna, quum hac una re tyranni se possint aliis commendare. Tyrannidem enim adeptis superest, ut potentie invidum munificentia comitareque leniant. Plut. in Apophth.

Legati ad Pyrrhum de captivis redimendis venerunt, atque inter eos C. Fabricius, cujus apud Pop. Rom. ingens nomen esse, ut viri boni & bello insignis, sed admodum pauperis, offendit regi Cineas. Hunc Pyrrhus, cum privatim benignè haberet, contendit, ut aurum acciperet ab se, nullam quidem ob rem turpem, verum amicitie id & hospitii appellavit pignus. At ille abnuvit. Plut. in Lucullo.

Appius Clodius, legatus à Lucullo ad Tigranem Armenium missus pro Mithridate petendo; Tigranes dona Appio splendida misit, quæ cum non caperet, alia adjecta plura. Ex his Appius, ne ea videretur offensio aliqua repudiare, phiala una accepta, remisit reliqua, ac celeriter est ad Imperatorem regressus. Plut. in Lucullo.

Q. FABRIUS GURGES, C. NUMERIUS, FABIVS PICTOR, & Q. UGOLINUS, cum missi essent legati ad Ptolomæum Regem Egypti pro pace cum populo Rom. jungenda, & eos Ptolomæus liberaliter exceptis regis muneribus donasset, munera renuerunt. Interjectis autem diebus, cum eisdem ad cenam invitasset, aureas coronas dono dedit: quas illi honoris quidem gratia acceperunt, sed postera die abituris status regis imposuerunt: ut docerent, Romanos non adeò amare divitias, ut donis corrumpi se paterentur. Justin. lib. 18. & Val. lib. 4. c. 3.

ARNULFUM Mediolan. Archiepiscopum, Orbe I. Imp. ad Joannem Zimislem Imperatorem, anno dcccclxxi. Constantinopolim ablegavit, ut Theophaniam neptem ejus filio suo Othoni in matrimonium postularer. Is maximo principum Episcoporumque comitatu assumpto profectus, & comiter ab Imperatore acceptus, cum ab eo ad thesaurum suum videretur adductus rogaretur, ut aliquid pro animi sententia venderet: anulo ingentis pretii sibi detracto, atque ad thesaurum adjecto, serpentem aneum sumpsit, quem Græci ex eo constatum esse aſſerebant, ex quo olim Moyses suum in deserto confaverat. Is deinde Mediolanum delatus, atque in aede D. Ambrosii collocatus, nunc quoque religione sua clarum ejus facti testimonium reddit. Sigon. lib. 7. regni Ital.

DOMITIUS TRIVIANUS (qui universa Europa, & magna Asia parte illustrata, dum publicis muneribus obeundis vacat, Venetiis tandem magistratibus omnibus cum summa innocencie fama obitus, D. Marci procurator omnium assensu declaratus est) quum legationis munere apud Innocentium Pontif. Max. fungeretur, illiusque Pontifex liberis amplissimas dignitates & opulentissima sacerdotia ultra offerret: nunquam adduci potuit, ne absens postea quidem ab ipso Pontifice requisitus, ut aliquid dari sibi passus sit. Erant illi quidem liberi matres sex, erant privata rei fortune non grandæ neque tamen hæc omnia pellicere ejus animum potuerat. Egnat. l. 4. c. 7.

ANTONIO legato Reip. Venetæ apud Regem Galliarum Ludovicum XII. ut domum reverteretur, regii in Gallia interpretes edixerunt, cum ei prius torquem aureum dono regis nomine attulissent. Antonius autem non egere se inimicis regis muneribus pronuncians, torque repudiavit via se dedit. Bembus lib. 7. Hist. Venetæ.

Politici.

CIMON Miltiades, captus publicis alios extra Aristidem & Ephialtem omnes certens inhiantes, incurratrum se & in tactum à questu in Repub. præstitit, omniaque gratis & innocenter per totam vitam & fecit & dixit. Fecit, Resacem quandam barbaram, qui à rege deciverat, Athenas cum magna pecunia se contulisse. Hunc, cum fatigaretur à sycophantibus, confugisse ad Cimonem, ac phialas duas aureas ad vestibulum ejus posuisse, unam argenteorum Dariozum, alteram athenonem plenam. Cimonem vero, ubi vidit, artifice, atque hominem rogasse, Mercenato Cimonem, an uti mallet amico? Qui ut respondit, Amico: tum dixit, Ergo aufer ista tecum. Ut ait, quia amicus tuus sum, ubi opus habueris. Plut. in Cimine.

Grammatici.

TIBERIUS Hieras, insignis Grammaticus, tam pius in suos discipulos fuit, ut temporibus Syllanis præscriptorum liberos gratis & sine mercede ulla in disciplinam receperit. Sueton. de Claris Grammat. c. 12.

Philosophi.

M. ANTONIUS Gniphon, homo Gallus, C. Julii Cæsaris præceptor, nunquam cum discipulis de mercede pactus est. Veruntamen multa discipulorum liberalitate consequutus est. G. L. Tra. in exord. Suet. de Cæsare.

PHILIPPUS Verulæ Grammaticus & orator Bononiensis nunquam de mercede pactus est, eoque plura ex liberalitate discipulorum consecutus, quæsum sine crimine sordidum fecit. Bart. Blanchinus in ejus vita.

Politici.

POLYNOTUS pictor Atheniensibus porticum, à qua Stoici philosophi suam traxere nomen, pinxit. In eam cum omnes ingenii sui vires contulisset, arti nullum dignum præmium tribui posse judicans, insigni liberalitate gratuitam ea in re operam suam ubi clarissimè contulit. Sed qui pecuniam respuit, gloriam non operis tantum excellentia, sed & magnificentia sua, æternam meruit. Ab hoc certe pictura genere deinceps Nonius nomen ea meruit porticus, à varietate emblemæ. Plut. in Cimine, ubi Elpenices Cimonis fororis, à Polynoto adamata, faciem ibi ad vivum expressam scribit.

Q. FABIVS PICTOR Romæ adem Salutis suapte manu, non lucri, sed gloriæ causa, pinxit, anno V. C. ccccl. Quæ pictura duravit usque ad Claudii principatum, aede exulta. Plin. lib. 35. cap. 4.

Politici.

A QUO NON ACCIPIUNT, NON EXIGUNT. Puta à Tyrannis, Regibus. Vide paulo ante, Legati qui non accipiunt. PITTACUS pecuniam à Cræolo missam recusavit, respondens, sibi dimidio plus esse quam velle. Laert. ARISTAGORAS Milesi tyrannus, cupiens Spartanos ad societatem contra Dariam inducere, sumpto oleæ tantum, ad domum Cleomenis se contulit, eamque ingressus jubebat precabundus ad se audiendum mitti illius filiam. Assistebat enim Cleomeni filia Gorgo, unica proles, eaque octo aut novem annos nata. Cleomene jubente, cum dicere que velle (silioz enim gratia nolle prohibere) Aristagoras incepit polliceri illi xi. talenta, si precibus suis annuere. Abnuente Cleomene, subinde adjiciens eò pervenire, ut talenta polliceretur. Ad quod puella, Pater,

A Pater, inquit, hospes te corrumpet, nisi hinc abis. Consilio puella delectatus Cleomenes, in aliud conclave abiit, & Aristagoras à Sparta protinus discessit. Herod. lib. 5.

CLEOMENES Anaxandride F. Rex Sparte, à Meandrio Sami viranno (qui à Petris pulsus, Lacedæmonem profugerat) pretiosissima oblata munera respuit: & ne quis civium illis corrumpere, Ephoris auctor fuit, ut Meandrium eodem die Peloponneso ablegarent. Herod. lib. 3. & Plut. in Lacon.

Cum Thebalorum princeps Jason Thebanorum socius in urbem venisset, atque aureorum duo millia Epaminondæ, cui angustia erant rei familiaris, misisset: autum repudiavit, ac Jasonem contempserat. Iniquis, inquit, manibus imperas. Ipse autem drachmis i. ab uno civium feroci acceptis, pro expeditionis viatico, arma Peloponneso intulit. Alio tempore missis ei ab Rege Persarum xxx. millibus Dariozum, corripuit Diomedonem acriter, quod tantum æquoris ad redimendum Epaminondam trajectisset: atque regi renunciare jussit. Si Reipubl. Thebanorum consulunt vellet, amicum eum habiturum gratis Epaminondam: si fecus, hostem. Plut. in Apophth.

Cum Cyrus stipendium misisset militibus, Callicratidi Spartano scorum xenia, amicitie monumenta: stipendium quidem accepit, xenia vero remisit: negans sibi cum ipso privatam habendam amicitiam: sed quam haberet publicam cum Lacedæmonis omnibus, eadem illi secum quoque intecederet. Quid hoc animo incorruptis, qui totus ad Reipublicæ commoda spectabat? Plut. in Lacon.

PHOCION, cum à Rege Philippo munera magna pecunie repudiaret, legatice hortarentur accipere, finisq; admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate, tantam paternam mereri gloriam. His ille: Si mei similes erunt, idem hic (inquit) agellus illos alerit, qui me ad hanc dignitatem perduxit. Sin distulimus sunt futuri, nolo meis impensis illorum ali augeris; luxuriam. Probis in ejus vita.

ALEXANDER M. amicitie ergo Phocionem duo misit ex Asia centum talenta. His Athenas deportatis, quæzivit ex ministris ejus Phocionem, quæ de causa in multis Atheniensibus tantum munus sibi Alexander largiretur? Ubi responderunt illi: Quod te exilium virum bonum & honestum. Ergo sinat Cne, inquit Phocionem, talis ut & habeat & sim. Qui ut domum eum securi insignem adverterent frugalitatem ejus, uxorem pincitem, & Phocionem ipse hausta ex puteo aqua pedes lavit: magis ac magis institerunt, stomachatiq; sunt, turpe allegantes esse regis amicum tam vivere duriter. Ibi conspiciens inopem senem Phocionem in obloleta lana prætereuntem, rogavit: Num eo se arbitraretur deteriorem? Bona verba, inquit illi. At qui hic, inquit, ex te minore vivit, & est contentus. Brevi, aut si minus utar, inquit, pecunia hæc, nequicquam tantum auri possidebo: aut si utar, me ipsum juxta atque illum in calamitiam consociabo ad populum. Ita reportata ex Athenis pecunia est: offenditque Græci ille, locupletiores dante esse non indigentem. At cum Alexander offensus scripsisset ad Phocionem iterum, non habere te pro amicis eos, qui nihil ab se velent accipere, nimos Phocionem sic quidem cepit: postulat autem, ut Echeeratidem rhetorem & Imbrium Athenodorum, præterea Rhodios duos Demaratum & Spartonem, certis de criminibus comprehensos, & Sardibus viginti, liberaret. Eos Alexander exemplò solvit, Craterumque in Macedoniam mittens, ex oppidis quatuor Afia, Cio, Gergitho, & Mylasis, Elæa, unum jussit, quod eligeret, ut traderet Phocionem: ac multò vehementius institit, indignè laturum offensens se, si acciperet. Cæterum nec accepit Phocionem, & brevi Alexander decessit. Plut. in Phocione.

Cum fracti bello Atheniensis, præsidium ab Antipatro accepissent, Menyllo præsidii præfecto pecuniam sibi offerenti Phocionem cum stomacho respondit: Neque illum Alexandro præstantiorem, & deteriorem esse causam, quare nunc caperet, qui tunc non accepisset. Antipater dicebat: Ex amicis duobus, quos haberet Athenis, neque Phocionem inducere se, ut quicumque acciperet, neq; Demadem dando explete potuisset. Plut. in Apophth. & in Phocione.

GALATARUM Rex Dejotarus jam gravis annis accivit M. Catonem in morem in Asia peregrinantem, ut liberos suos & domum ei commendaret. Quem, postquam advenit, varia dona ei offerens, instantique arque cniæ rogans, ut acciperet, adeò exacerbat, ut vesperi cum venisset, & ibi pernoctasset, postdiede abierit tertia hora. Progressus tamen unius diei iter ostendit. Pessinunte plura etiam prioribus, quæ ipsum manebant dona, litterisq; regis, quibus orabat eum, ne ea repudiaret: L. B. Theatr. vit. Human. Tom. II.

fin abhorretet, ac permitteret ea amicis, qui omnino ipsius causa beneficii forent digni: præsertim quod non permittet haberet lautum patrimonium Cato. Verum ne his quidem indulset, quantumvis nonnullos amicos secuti perciperet & conqueri. Cæterum nulli nundinationi defuturum demonstravit pretextum: amicos vero in consortium venturos eorum, quæ honestè & justè possideret. Itaque dona Deiotaro remisit. Plut. in ejus vita, & Strabo l. 12.

Conjugibus.

Apud Rom. Munus capere viro ab uxore, aut uxori à viro vetitum fuit: ne muneribus capiendis assuetæ, etiam alienos admitterent. Plut. in quest. Rom.

Amicis.

Cum Thebanus Pelopidas viris bonis omnibus beneficeret: unum tamen ex amicis Epaminondam, ut in fortem veniret futuram fortunam, non induxit. Nam paupertatem, quam familiarem acceperat & hereditariam, philosophiam colendo, vitamque à prima arte infutendo colibem, expeditiorem etiam atque leviozem reddidit. Plut. in Pelopida.

EPHIALTES, Sophronidæ filius, pauperimus, decem talenta dono data ab amicis non accepit: Hæc, inquiens, me cogent, aut in vestri gratiam turpe quid agere, aut certe ingrattissimum haberi. Elian. lib. 11. de Var. histor.

Hospibus.

C. FABRICIUS Lucinus, cum à Samnitibus, quos universos in clientela habebat, decem aris & quinque pondo argenti, totidemque servos sibi dono offerri videret: præbentibus Samnitum legatis, manu primùm caput, deinde os, oculos, postmodum gulam ventremque tetigit, ac respondit: Dum hæc membra in suo vigore essent, satis se pecuniarum habere: neque opus esse, ut acciperet pecuniam ab iis, qui maxime opus haberent. Plin. l. 6. de Viris illustrib. Val. Max. l. 4. c. 3. Gell. l. 1. c. 14. & l. 4. c. 8. & l. 3. c. 8.

PYRRHUS, Epirotarum Rex potentissimus, benevolentiam populi Rom. quoniam virtute debilitate nequiverat, mercari cupiens pecunia, penè totum regiarum opum apparatus per Cineam Thessalum Romam misit. Verum cum & magni pretii & varii generis à legatis ejus, tam virorum quam feminarum apta usui, munera circa domos ferrentur, nullius cujusquam janua patuit. Val. Max. l. 4. cap. 3. Plut. in Pyrrho. Justin. l. 18. & Plin. cap. 34. de Viris illust. Elian. in var. hist. Romanæ mulieres, visis Pyrrhi muneribus, dixerunt: Videre quidem se, decere se illa, & digna esse eo qui misisset Pyrrho, sed gestare illa sibi esse nefas. Suid.

CN. POMPEIUS, victo Mithridate, cum Rex Iberum lectum, mensam & sellam ei omnia aurea misisset, preceperatque ea ut acciperet: hæc quoque quætoribus, ut referret in tabulas publicas, tradidit. Plut. in Pompejo.

Privatis.

DAVID Rex noluit accipere gratis ab Aretna Jebuseo aream, in qua aram Domino conderet, sed justo pretio emptam. 2. Reg. 24. & 1. Paralip. 21.

XERXES Rex divertens apud Pythium, Atygis F. cum universo exercitu profecturus in Græciam, cum sibi ab eo dono offerrentur bis mille argenti talenta, auri vero quadragies centum millia, minus septem millibus Dariozum numum: H oblata dona accipere noluit, sed potius ne ad ista quadragies centena millia aliquid decesset, septem millia aureorum numum ex suo numerari jussit. Sab. lib. 2. Etn. 3.

Damnatis. A Damnatorum bonis abstinere.

Cum Tarquinius Roma pulsus per legatos regno se abdicare, & arma posturum affereret, bona modè & pecuniâ reperere suam amicorumq; familiarium liceret, unde in exilio se tolerarent: quamvis L. Bruto plurimum liceret, vicit tamen ea sententia apud populum Romanum, parta libertate, pro qua pugnant, ne pecunie causa profundere pacem, verum unâ cum tyranni pecuniâ exterminarent: Atqui Tarquinius eam in minimis ponebat, sed repetitio illa spectabat eò, ut simul & populum pertentaret, & consilia frueret prodicionis: eamque mollebantur legati, causa morte illa bona pretextentes, dom partim distrabere, partim servare, alia avendenda autare se jactant: quoad corruerunt duas familias, quæ magna in æstimatione habebantur, Aquiliorum, in qua







A exfolvendi voti causa venisset, benignèque à Petro Urscolo principe hospitio exceptus esset. Sabell. lib. 2. Em. 9.

STEPHANUS Anglorum regno potitus, ad suorum animos sibi devincere, illud tributum genus, quod alii reges per singula jugera terræ sepe exigere à populo solebant, prorsus sustulit: atque promisit se curaturum, ut deinceps Episcopus, & alii præfecturæ sacerdotales, ne puncto quidem temporis vacarent: nec receptorum alienas sylvas, licet privati homines in illis venati fuissent. Polyd. lib. 12.

Rex Daniæ Christianus, ab urbe Roma domum reversus, anno Sal. 1474. exemplo regionum, quas peregrinatus viderat per Italiam perque superiorem Alemanniam, suam quoque provinciam instruit. Incolæ urbium mercatores Germani prædebant privilegia jam olim indulta, literasque in eam partem ostendebant: promissionem etiam regis præferentes, quod nullis novis ab illo vectigalibus in futurum tempus gravarentur. Cessit tandem princeps humanissimus, & qui præter profusionem non haberet, quod in eo carperetur. Crantzius lib. 13. Vandaliæ, cap. 14.

LUDOVICUS XII. Francorum rex, nullis negotiis, aut belli necessitatibus, que in Italia plurimè obtigerunt, adduci potuit, ut vectigalia suis civibus augetet: ad extremum tamen intra fines à vicinis bello læcessus, coactus est aliquantò majora tributa exigere. Auctor Chron.

EUGENIUS IV. Romæ ad sanctum Petrum iturus, paratis de mote supplicationibus, pontificio habitu per urbem iticens, tumultuantem populum intellexit ob duplicatum tributum, vectigalque novum vino impostum. Hanc ob rem factò silentio, audientibus omnibus, exactionem illam ut minus liberalem sustulit. Quo factò statim succlamatum ab omnibus est: Vivat Eugenius, cum eam clamassent: Moriantur nova vectigalia eorumque inventores. Platina.

Imperator Maximilianus I. cum ordines Imperii pro conservanda salute Imperii deberent illi quingenta millia aureorum contribuere, ibi dimidium accepit. Nihilominus, ut ipse Germaniam in pace retineret, ex suis opibus plus quam centies centena millia aureorum expendit. Eius rei rationem reddidit Constantiæ in comitijs, anno Christi 1507. Hædæ in Chronico German.

AUXILIUM CONTRA HOSTES.

Cum Veneti à Ludovico XII. Gallorum rege, Maximiliano I. Imperatore, Ferdinando Hispaniæ rege, & Julio II. Pontifice, toto continentis imperio exuti essent: omnibus illorum fortune insulantibus, uni omnium Turcæ pacis paulante conspectæ memores, non modo fidem servarunt, verum etiam auxilia in id bellum amicè studiosque obrulerunt. Sed barbaro regi, quod fidem pacemque egregie tueretur, gratias egere Veneti: quum hujusmodi auxilium ut nequaquam è republica esse censuissent. Tacitus lib. 9. & Guicciardi lib. 7.

AGER HOSTILIS.

Scripter ad Boleslaum II. Boemorum regem, qui Cracoviam occupaverat, dux Cracova, si majora sibi auxilia è Bohemia submitterentur, considere se, ultra acquisitos Cracovæ limites, aliquid præterea adicere posse. Rescriptit paucis: Christianum esse, quod adest, boni consulere, alienam abstineri. Tu igitur rectè feceris, si parta tueberis, alienam messem non messeris. Nostræ neque subsidio, neque annonæ, quoties usus venerit, egere finemus. Dabravius lib. 6.

PRÆDA, MANUBIÆ, SPOLIA.

ABRAM quinque regulos, qui Baram Sodome regem prælio vicerant, noctu cum suis servis aggressos cecidit, & prædam omnem recepit. Sodomorum regi homines omnes, quos receperat, reddidit, præter victum dumtaxat juvenum nihil petens. Genes. 4.

MILTIADES Datin Persam in Marathonè fuderat. Reliquis ad Urbium defensionem properantibus, in Marathonè Aristides cum tribu sua relicto, captivorum, & prædæ custos: cum in tentorijs, & navibus captis auti, & argenti esset affluens, magna copia omnis generis vestis, & optima prædæ, nec ipse concupivit eam attingere, nec alium permisit: præterquam si qui, eo inficio, quid furtiverent. Plutarchus in Aristide.

TEMISTOCLES ad Salaminem cadavera in litore ejecta inspicens, ubi exortata vidit armillis aureis, & torquibus, ipsa præterit: sed comitanti ostendit ea, dixitque amico: Tolle ea tibi: neque enim tu Themistocles es. Plut. in Themistocle, & in Præcep. polit. & Elian. lib. 13.

Cum fragmentum ex Hispania abundè Fabius Propætor misisset, suavit Cracchus Senatus, ut disticto frumento remitteret civitatibus pretium: Fabiumque insuper castigaret, quod invidiosum, & intolerandum redderet provincialibus imperium. Quæ res ei in provinciis magnam paravit cum benevolentia laudem. Plut. in Cajo.

Q. FABIVS Max. Tarentinæ everfor urbis, à simulacrorum deprædatione abstinuisse laudatur. Nam cum ei scriba suggestisset, quid de signis Deorum, quæ multa capta fuerant, fieri juberet, continentiam suam etiam jocando condidit: qualivert enim, Cujusmodi essent: & cum ei non solum multa grandia, verumetiam renunciarent armata: Relinquamus ergo, inquit, Tarentinis deos iratos. August. lib. 1. de Civit. Dei, cap. 6.

Populi Romani abstinentia mirifica fuit in illa procella, quam C. Marius & L. Cinna reipub. inflixerant. Nam cum f. à se proficiorum penates vulgi manibus diripiendos permisissent, nemo inveniri potuit, qui civili luctu prædam peteret. Plut. in Mario & Sylla, Val. Max. lib. 4. cap. 3. Apianus lib. 1. Bellorum civilium, & Lucanus lib. 2.

AUGUSTUS, Alexandria capta, nihil sibi præter unam myrthinum calcem ex instrumendo regio retinuit, & mox vasa aurea affiduissimis visis confavit omnia. Suet.

Probus Augustus ex plurimis victorijs præter tela, & arma, nihil sibi è prædâ retinuit. Pom. de Liberal. c. 11.

Roma ab Alarico capta, cum Gothus quidam virginem consecratam ætate provectam in tranfitu reperisset, eam modestè admonuit, ut si quid apud se argenti que haberet, spontè exhiberet. Illa fidei conscientia, quod habuit, revelavit. Cumque ille vaforum formam, & pulchritudinem ex illa antiqua Romanorum opulentia miraretur, virgo ait: Hæc vasa mihi de sacratio beati Petri Apostoli sunt commissa: Tangi si audeo: ego facta non audeo tibi dare. Gothus ad nomen Apostoli pererravit, hoc Regi nunciavit. In festum reportari omnia ad sacrarium sancti Petri curavit, dicens: Cum Romanis se bellum gerere, non cum Apostolis & Jesu Christi. Rediit igitur virgo reverentissimis officijs honorata, redierunt & cum illa omnes, qui ei se sociaverant, super capita sua vasa illa aurea, & argentea, cum hymnis, & canticis reportantes. Concurrunt undique ad voces canentium de latibulis agmina Christiana: concurrunt & pagani Christianis admixti, & dum servos Christi se esse fingent, calamitatis excidium evalerunt. Rodericus Toletanus lib. 2. rerum Hispan. cap. 5.

CAROLUS Zenus, Petri F. bello Genuensium vastata magna ex parte omni Liguria ora, & navi Genuensium cognomeno Bichinonia, quæ ea tempestate celeberrima atque invictissima credebatur, expugnata, ducentorum, & amplius millium aureorum prædam in ærarium reulit. Post multa alia præclarè gesta opes tantæ taleque summi alioqui civis existeret, ut vix hæredem invenirent. Egnat. lib. 6. cap. 3. & 8.

MAXIMILIANUS I. Cæsar, contra Uladislauum regem Hungariæ profectus an. 1490. Albam regalem dedit militi in prædam: excepto tamen templo, in quo reges Hungariæ convenerant, & sepeluntur. Expugnata, & crudeliter direpta Alba fuit. Jamque miles edictum memor, templo etiam admove-re manus cepærat, cum Maximilianus magna vi turbam à templo removit. Templum ingressus, donis & monumentis gemmis, auris, argenteis refertissimum, nihil ex tantis copiis extulit, præterquam unicum crucem autem, perparvam, quæ majorum suorum principum Austriæ fuisse dicebatur. Budam exercitum ab Alba deducenti, Uladislauus copias longè majores objecit: conseroque prælio, victoriam de regno Uladislauo concepit. Dabr. lib. 31.

Helveti triplici agmine dimicantes, sequihore spatio & memorabile prælium, & gravissimum bellum conseruerunt, victis Gallis & Germanis ad Novariam. Nec tamen vel tanta hostium strage edita ad prædam discussum est, quamquam pretiosa supellex ducum, & cuncta opulenti exercitus impedimenta multorum animos allacerent. Viri enim patriæ discipline memores, quod neminem armatum in acie vivum capere, nec vertentem terga insequi liceret, medio in campo confertis ordinibus in multam diem immoti constituerunt, ne Galli equites, aut ducum astu, aut suo pudore concitati regre-

A regrederentur, & spoliandis cadaveribus occupatos opprimerent. Tacitus.

Germani in pugna Papiensi Caroli V. Cæsaris stipendia facientes, extra ordinem nullum furo persequuti, & ad extremum pugne exitum immoti, & erecti in omnem casum, in acie perstiterunt: quando lævera, & maximè nobili discipline lege, donec debellatum foret, extra aciem progredi, hostem capere, & que alii avidè raperent spolia, lege verarentur. Ob id constar, neminem ferè illustrem captivum, & exiguum admodum prædam ad Germanos pervenisse. Tacitus in Piscaria.

NAUUM.

HILARION Eremita in Sicilia navigans cum discipulo suo Zanano, nec aliud habens, quod pro mercede vectori daret, Evangelium manu sua olim exaratum cepit offerre. Sed qui accipere rogabatur, cum nihil eos habere cerneret præter codicem illum, & ea quibus texti erant, oblatum recusat. Mæneus lib. 1. cap. 8. & Sabell. lib. 8. cap. 8. ex D. Hieronymo.

LYTRUM.

Vide sub Tit. Liberalitatis erga captivos, Lytrum remissum, non exaltum, supra.

P. CLODIUS Pulcher in Piratas Cilices incidens, imperato sibi redemptionis pretio, misit ad Ptolemaum Cypri regem, orans, ut se redimeret. Rex quidem pretium misit, sed perexiguum, aded ut piratæ id accipere erubescerent: quare pecuniam regem remisit, P. Clodio sine pretio dimisso. Strab. lib. 14.

SALADINUS Ægyptius, capris Hierosolymis, quum passim illi foeminarum vulgus, & matronarum comitatus occurreret, quæ & maritos suos in acie interfectos desererent, & supplices peterent, ne pactam pro redemptione sua pecuniam, quæ illis nulla superesset, exigere vellent, benignè ad se vocatas, numerata singulis pecunia, variique muneribus ornatas, ultro dimisit: datus etiam ducibus, qui eas, quocumque abire vellent, datis deducerent. Egnat. & Fulg. lib. 5. cap. 1.

ALPHONSUS Aragonum rex, Ludovico Podio (quo propter eius singularem diligentiam ac fidem perpetuo ferè oratore in Italia usus est) renunciant, pro pace, quam Venetis & Florentinis daturus esset, plus quam ducenta millia aureorum extorqueri posse: respondit, Pacem dare se, non vendere solitum esse. Panor. 1. 3. de gestis Alphons.

HOSPITIUM.

CATO minor, cum in animo haberet prius, quam ad remp. accederet, peragere & visere Asiam, morosque, & inflata atque vires cujusque provincia: contemplari: simul Dejotaro Galatarum regi ob jus hospitij, & amicitiam paternam, ut inviseret se, oranti, non abnuceat: hoc modo instituit iter suum. Præmittat lucis principio, quò divertere intenderet, pistorem & coquum, qui perquam modestè, & sedatè oppidum ingressi, si nullum ibi amicum patetum, aut notum haberent, parabant ei in diversorio publico cibum, neque erat ulli importuni: si diversorium non esset, tum demum magistratibus aditis hospitium accipiebant, contenti attributo. Sæpè his pro vanis habitis despectisque, quia non exigebant hoc à magistratibus strepitu vel minis, superveniebat Cato, nulla dum re parata. Magis autem ipse contemnebatur, ubi fuit conspectus, præbebatque super sarcinas tacitus sedens, imaginem hominis abjecti, & trepidi. Verum tamen acceritis aliquando magistratibus dicere solebat: Deponite, improbi homines, hanc in hospitalitatem: non omnes ad vos venient Catores. Comitate licentiam eorum reteneat, qui occasionem querunt, vi ut capiant, quæstionem impetrent à volentibus. Plut. in Catoe, comp. 11.

THESAURI INVENTI, NEGLECTI.

BOEOTUS amplius septuaginta annos natus, cum in thesaurum incidisset, sublatore contempsit, & præterit, quasi jam nihil ad se pertinerent. Ex Phavorini Commentarijs recitat. Strab. form. 21.

Petrus cum penè totius Orientis rex Tamberlanes, quodam tempore cum iter per Syriam faceret, obtulit se ei atator, qui tunc in Ingens vas autæ: monete arando impegerat. Cum autem omnes, qui cum rege erant, regis aurum illud esse dicerent (quoniam inventi, qui occultantur thesauri, sibi purantur) jussit rex agricolam ad se monetam dētere, qui jam omni se retinendi inventi auri deciderat. Inspecata moneta, rex ab astantibus petiit, Putarentne patris sui imaginem esse, quam pecunia impressam habebat? Cui

cum respondissent, Rontanorum principum effigiem esse: Rex dixit, Si ergo hæc pecunia majorum meorum non fuit, atatori eam relinquantis, ad quem eam Deus detulit. Abstinentia profectò singularis, & que in permultis principum nostrorum optanda sit. Neque enim contenti sunt, inventos sibi rapere thesauros: verum quotidie illa quoque rapiunt, quæ privatorum multo labore ac sanguine parata, ad conjuges liberosque eorum alendos necessaria sunt. Fulg. lib. 2. cap. 3.

QUESTUS TURPIS, INHONESTUS, fordidos, repudiatus.

Aristoteles in primo Politicorum & in libro de economicam, etiam viris bonis permisissam scribit: & quartus libro vera omnem, tum eam præsertim, que Generatio dicitur, reprehendit, & vituperat. Hanc nos hoc in loco Inhonestam rationem, acquirendarum opum vocamus.

Ex Mercimonijs. Mercaturæ fordidæ odium.

Non hic Artus, sed Avartitia, que artem comitatur, rationem habemus.

Thebani Ægyptii juxta legem patriam neminem ad magistratum, & publica munera admittēbant, nisi prius à mercimonijs destitisset annos decem: aded exola apud illos fuit avartitia, & nimium lucri studium. Alex. lib. 4. c. 6.

Lycios historia tradunt civitatem aded & continenter vixisse, ut quum feliciter in Italiam usque marit quoque dominarentur: tamen nullo turpi lucro unquam se extulcrunt, juxta patriæ morem in Lyciæ conventus administratione permanentes. Erant autem viginti tres urbes, quæ suffragiorum erant participes. Ex quoque civitate in commune collegium conveniebant, ut statuentes, quod maxima pars comprobasset. Maximarium civitatum unaqueque ferre poterat suffragia tria, mediæ duo, cæteræ unum. Lælius 1. 29. c. 20. A. L.

THEOPHILO imperante Constantinopoli, appulit aliquando ad Regiæ portum navis oneraria, pondere sarcinarum gravis, eaque usque ad extremum vinculum demersa. Imperator supemè prospicans, navemque admirans, per pedessequum, cujus ea sit, percontantur. Ut Auguste esse cognovit, recens à mercatura redactam, quam ab Imperatrice missi in Syria partibus fecissent: Si quid sarcinarum in navi haberent, id statim auferte jussit, & nihil quod ad Augustum pertineret, attingere. Quo factò, pulsus inde navis, Græco igni insecro, navem cum ipsis sarcinis cremavit, Imperatricem maledictis insecratus. Nam cum me Deus (inquit) Imperatorem designavit, tu me nauclerum facere contendis. Imperatorum mercaturam privatis hominibus esse concessam, ut ea tolerandæ vitæ occasionem habeant. Quod si nos præter Imperii opes etiam mercaturæ emolumentum intercepimus, undenam subditi victum comparabunt? Zonaras tom. 3.

Ex Emptione.

Non fraudandus magnitudine hac quoque sua Cn. Pompejus, qui nunquam agrum, mercatus est contentinum. Plin. lib. 18. c. 6.

Ex Fenore.

Consule Tit. Creditum sine fenore, non dedit.

Martialis lib. 5. Epigram. nihil sese Quintiano donare scribit, ne donum grandius captasse videretur: Quoties amico diviti nihil donat, Ob Quintiano, liberalis est pauper.

FINIS. CUR NON EXIGANT, non capere. CAUSA ROBORIS CONSERVANDI.

Thasii, provinciam suam peragranti Agesiælo Spartano regi cum exercitu, farinam, anseres, bellaria, dulciaria, dapeisque multas, & exquisita poculenta miser. Ille verò accepta modo farina, reliqua eos, qui apportaverat, reportare jussit, ut sibi nihil utilia. Præcantibus & instantibus illis, ut omnino caperet, jussit illos præberi. Causam sciscitantibus: Virtutem, ait, meditantibus non convenit ejusmodi gule irritamenta admittere: Illecebras enim mancipiorum ab ingenuis esse alienas. Plut. in Apoph.

FORTITUDINIS IN ADVERSIIS ostendendæ.

Senatus populusque Romanus, longo ac gravi Hannibalis bello exhaustus, contra Antiochum Syriæ atque Asiæ re-



A gem sumere arma coactus est. Itaque cum Aegypti rex Ptolemaeus, praeter magnam vim frumenti, mille auri, atque totidem argenti pondi ei offerret: Philippus quoque Macedonum rex, milites auxiliares, pecuniam & frumenta: Senatus populique Romanus verbis gravissimis cum gratias egisset, nulla re accepta a Philippo, hoc solum accepturum se dixit, ut Romanis Ducibus adversus Antiochum eam opem, quae ipsi videretur, ferret, ubi re aliqua eis opus esse contingeret. Masinissa quoque regis oratoribus, qui quingenta frumenti modiorum millia, ducenta ac quingenta hordei, praeterea equos quingentos, elephantosque viginti offerbant: responsum fuit, Senaturn populumque Rom. frumentum duntaxat venale accepturum. At Carthaginiensium legatis, postea de quibus dictum est, cum ingentes commineas classense offerrent, atque insuper tributum multorum annorum, qui nondum elapsi erant, dici iusserunt: Nihil senatum ac populum Romanum a Carthaginiensibus, nisi quod pacto tenerentur, velle. *Fulg. lib. 4. cap. 3.*

Bello Punico secundo, cum res Rom. vehementer accisa essent, a legatis Neapolitanis quadraginta aureae patrae magnei ponderis sunt Romam allatae, atque ita verba facta, ut dicerent, magnitudine belli, quod in praesentia gereretur, aeternum Pop. Rom. in dies magis exhauriri: aequum proinde Neapolitanis censuisse, quando pro urbibus, & agris sociorum, pro capite, & arce Italiae urbe Roma bellum gereretur, si quod auri sibi majoribus ad fortunae subsidium esset relictum, eo Pop. Rom. iuvarent. Gratium sibi patres, & omnes Romanum nomen facturum, si omnes Neapolitanorum fortunam suas ducerent, dignosque iudicarent, a quibus praesens donum, eo animo, quo daretur, acciperent. Legatis gratiae actae, patraeque minimi ponderis accepta est. Legati ex Pacto patras aureas Romam attulerunt: his, ut Neapolitanis, responsum, nec aurum acceptum. *Sab. lib. 1. Em. 5.*

Cum eo bello, quod adversus Pyrrhum gerebatur, Carthaginienses centum ac triginta navium classem in praesidium Romanis Otham ultro misissent: Senatus placuit, legatos coram ad duces ire, qui dicerent, populum Romanum bellum suscipere solere, quae suo milite gerere possent: proinde classem Carthaginiem reducere. *Val. Max. lib. 13. c. 7.*

Anno Salutis 1258. cum in Syria propter privatas contentiones, quibus nulla adhibita fuerant remedia, inter Genueses Venetosque grave bellum ortum esset, &c. *V. de supra Tit. Liber alius tatis magnificenti in genere. Vbi de illis qui cum certi anime eam exerceant. Non accipit, repudiat.*

MAGNANIMITATIS TESTANDAE.  
ADRAM acceptare noluit a rege Sodomorum spolia, quae de regibus victis obtinebantur, ne sibi obicere possent, se illius permittit ditatum. *Gen. 10.*

Edessam urbem Syriae cum Trajanus venisset, occurrit ei ante urbem Abgarus rex dono adducens ccl. equos, & cataphractos thoraces pro viris, & equis totidem, & talentum lxxm. Trajanus vero illi thoracibus acceptis, reliqua omnia servare ipsum iussit. *Suidas.*

ALEXANDRUM Macedoniae principem, & Orientis debellatorem tradit historia, dum orbis terrarum affecisset imperium, ingenti animo Persarum regi Dario indixisse bellum. Quo tempore is audaciam juvenem reformidans, simulque virtutem admiratus, quibuslibet modis incumbens, ex diu evadere moliebatur: missique ad hostem legatis, quod verum potissimum, ad imperium portionibus aequis cum eo se divisurum repromisit. Ea quam forent audita Parmenioni, inter Alexandri amicos praepotenti: Accipissem (inquit) si Alexander esset. Et ego per Jovem (inquit) si Parmenio forem. Juste vero legatos Dario renunciare: Neque mundum soles duos, neque duo summa regna, salvo terrarum statu, posse conquire. *Plut. in Apoph.*

A Constantio Imp. an. 359. missis per Illyricum, Italiam, Africam, Hispanias, Galliasque magistris Officialibus, accitatur coacti quadringenti, & amplius Occidentales Episcopi, Antinum convenere: Quibus omnibus ammonas, & cellaria praeribi iussit. Sed id Aquitani, Galli ac Britanni indecorum putantes, repudiatis fiscalibus, privatis sumptibus vivere maluerunt. Trestantam ex Britannia inopia privati, publico usi sunt, cum oblatam a ceteris collationem repudiassent: praestare putantes, sicutum gravate, quam singulos. *Signon. lib. 6. Imp. occid. ex Severo.*

RELIGIONIS. NON ACCIPERE EA

quae offeruntur causa

Idololatriae, Apostasie, Hereses.

Praefectus Caesaris sancto Balilio blandiens, suadebat, ut in gratiam Imperatoris Juliani fidem negaret: promittens ei imperatoriam amicitiam & opes. Cui Balilus: Hinc mihi homini Christiano, inquit, non conveniunt, sed adolecentibus, & illorum similibus, qui talia promissa respiciunt. *Trip. lib. 7. cap. 26.*

HORMISDA martyr Persa, cum vestimentis quibusdam donatus a Varrane Persarum regis esset, qui cum beneficiis vincere conabatur, excaecatus, tunicam confisam accepit, & voce magna exclamavit: Si huius, inquit, gratia me religionem longe optimam mutaturum putas, en manus tuam una cum impietate habe. Rex tam fortis illum animo esse certens, nudum regia exegit. *Nicoph. 1. 14. c. 20.*

Gratia spiritualis vendenda.

PETRUS & Joannes Apostoli missi Samariam, baptizati imponebant manus, iisque dabant Spiritum sanctum. Tunc Simon magus, & ipse baptizatus, sed magis ad avaritiam, quam ad fidem corde converso, pecuniam Apostolis offerre cepit, ab eis petens, ut simili eventu, quibus ipse manum imposuisset, Spiritum sanctum acciperent: meruitque audire: Pecunia tua tecum fit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. *Mar. 1. 1. c. 7.*

Dignitatis sacrae consequenda.

LUDOVICUM Pium Imp. nemo muneribus corrumpere potuit, neque quicum ab eo Ecclesiasticam aut politicam dignitatem affectus esset pecunia. *Regim. 1. 2.*

Mortuo Remigio Biturigum Episcopo, cum multi Gunthramo regi munera offerrent ad Episcopatum acquiritum, respondit: Non est principatus nostri consuetudo, sacerdotium venditare pretio: sed nec vestrum, eum praemiis comparare, ne & nos turpis lucri infamia notemur, & vos Simoni mago comparemini: sed iuxta Dei praesentiam Sulpitius nobis erit Episcopus. *Greg. Turon. lib. 6. c. 39.*

NICOLAUS V. avaritiae adeo expertus fuit, ut neque officium ullum vendiderit unquam, neque beneficium simoniacam pravitatem ductus ulli collocaverit. *Platina.*

ADRIANUS VI. pontifex nova officia super ordinatis Romanae Sedis proventibus & Leone X. instituta, ex quibus pretio datus, plurimum quaesit fisco accesserat, paulatim abolivit, & quorquo eius generis deinde vacantes, nulli pretio dedit, etiam ipse id temporis graviter re numerata laboraret. Sciebat quippe, quantum illa Sedi Apostolicae onerosa essent, & sic data amplissimam passim materiam offendiculis, & obreclationibus praebere. Abrogabat quoque ea, nonnullis, qui gratis nacti fuerant, ratus satis esse debere, quod inde annis plurimis sine ulla sumptu oneretur commoda non exigua accepissent. Damna tamen illa ademptorum officiorum censu sacerdotiorum pensatum se pollicebatur. Indulgentias, parcius longe, quam antecessores, concedebat, propterea quod profusiore largitione ad virtutem contempnuntque apud plebem recidissent. *Auctor vita ejus, & Jo. v. 1.*

Oracula ementis.

LYSANDER, cum clam inisset consilia, reges Lacedaemoniorum tollere, & sentire id sine eorum ope facere non posse, H quod Lacedaemonii omnia ad oracula referre consueverant: primum Delphicum vatem corrumpere esse conatus. Cum id non posuisset, Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsi, dixit se vota suscepisse, quae Jovi Hamduni solveret, existimans se Afros facilius corrumpiturum. Hac ipse cum profectus esset in Africam, multi cum Antistites Jovis seleserunt: nam non solum corrumpi non poterunt, sed etiam legatos Lacedaemona miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod sacerdotum sancti corrumpere conatus esset. *Probus in Lysandro.*

Pacis iniuste.

FUSO in Lydia Tisapherne, Tithrautes regis praefectus Sardis cum Aegellao regis Spartano egit, ut pacto federe remearet domum: militique eam in rem legatos, pecuniam qui offerrent. Verum respondit ille, pacis pene civitatem suam arbitri esse fore, non mille milites dicit, quam ipsam direccere, & haberi alioqui praclarum apud Graecos, non dona, sed

A manibus referre ab hostibus. Quo Tithrausti tamen indulget, in Phrygiam inde signa movit, vaticio accepto ab eo triginta talentorum. *Plut. in Aegellao, & in Apoph. Cedis iniuste.*

CALICRATIDAS navarchus, amicis posulantibus Lysandri, largiretur ipsis unum certum ex inimicis suis interficiendum, daturus ei se quinquaginta talenta: ille, quamvis in magna rei numariae difficultate foret ad commeatum navis expediendum, haud annuit tamen. Ibi consiliarius ejus Cleanther: Ego vero, inquit, si tu essem, acciperem: Sanct ego quoque, inquit ille, tu si essem. *Plut. in Apoph. Societatis iniuste.*

Cum tyrannus Sami, incurfionis Persarum metu, Meander Spartam profugisset: ostendissetque Cleomeni, quantam argenti vim secum adduxisset, quantumque liberet, ei obulisset, nihil cepit: ceterum sollicitus, ne aliis civibus largiretur profectus ad Ephoros, & rep. esse ait, ut hospes suus Samius ex Peloponneso discederet, ne perverteret quempiam ex civibus. Qui ei auscultantes, edixerunt Meandro, ut eodem die de sinibus suis excederet. *Plut. in Apoph.*

ALCAMEM Telerici filium Spartanum, quum quidam interrogasset, Cur munera a Messenii oblata non accepisset respondit: Quoniam si accepissem, cum legibus pacem habere non potuissem. *Plut. in Laconicis.*

DIOMEON Cyzicenus, rogatu Artaxerxis, Epaminondam pecunia contempnendam suscepit. Hinc magno cum pondere auti Thebas venit, & Michium adolescentulum quinquaginta talentis ad suam perduxit voluntatem, quem cum Epaminondas plurimum diligebat. Michius Epaminondam convehit, & causam adventus Diomedontis ostendit. Ac ille Diomedonte coram: Nihil, inquit, opus pecunia est. Nam si ea re vult, quae Thebanis sunt utilia, gratis facere sum paratus: sin autem contraria, non habet auri atque argenti fatis: namque orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriae charitate. Te qui me incognitum tentasti, tuique similem existimasti, non miror, quia ego ignosco. Sed egredere properè, ne alios corumpas, quum me non potueris. Tu Michite argentum huic redde: aut nisi id confestim facis, ego tradam magistratui. Huic Diomedon cum rogaret, ut tuò exire, suaque, quae attulisset, liceret efferre. Illud, inquit, faciam: neque tua causa, sed mea: ne si tibi sit pecunia adempta, aliquis dicat, ad me ereptum pervenisse, quod delatum accipere noluissem. A quo cum quaesisset, quò se duci vellet, & ille Athenas diceret: praesidium dedit, ut tuò perveniret. *Probus in Epaminonda.*

Idem, cum legati venirent ferentes munera animo corrumpendi, ad praedum eos venire iussit prius, ut in eodem causam adventus explicarent. Apposita est mensa vilis, bibebantque vinum acedum. Subridens igitur Epaminondas, ad legatos ait: Abite, & domo vestro mea prandia narrate, quibus me contentum, non facile suis muneribus ad proditorem alliciet. *Stob. Serm. de Prudentia.*

Legatus Antiochi Heraclides Byzantium missus ad L. Scipionem Cos. ut de pace ageret, cum publice expositis mandatis aequas condiciones impetrare non posuisset: privatim, sicut praecipuum erat, P. Scipionem Aphricanum adisse traditur, qui fratri comes additus erat expeditionis, ac multis modis tentasse animum viri, ut in regis desiderium traheret. Nam & filium ejus adolescentem, quem captum in potestate haberet, Antiochum remissurum dixit, & Aphricanum in Dotius regni societatem, titulo tantum sibi reservato, libentissimè suscipiturum, adiecit. P. autem Scipio, sicut multis aliis virtutibus, ita fide & probitate praestans, ceteris posthabitis, filium ut gratum munus se accepturum respondit, & pro privato officio, quantum in eo esset, privatam gratiam relatum: sed ante omnia regem hortari, ut abjectis belli consiliis, quascumque dederit senatus populique Romanus condiciones, accipiat. *Auctor vita Scipionis.*

Praeconii falsi.

Cum Antipatri Milefii patrem, Dionysii Syracusani legati ad Olympicum Jovem cum muneribus missi, praefectus corrupissent, ut filium Syracusanum renunciari vellet, quò in pugilatu Olympice Clutropatri filios percussisset: Antipater gloriam patriae amplissimis praemiis praepositis vendere noluit, sed Milefium se esse, & ex Jovibus primum suam in Olympia statuum dedicasse, elogio testatur est. *Pauf. lib. 6.*

Patrocini iniusti.

Postquam Harpalus cum magna vi pecuniae, Alexandrum fugiens, in Atticam ex Asia appulit, & concionalium hirudinum, hoc est, Rhetorum fuit certatim concursatio, operas suas ei venditaurum, modicum his ille ex multis obtulit, & obiecte eam: Phocionem verò per internuncios pretingenta talenta obtulit, caeteraque omnia, & cum omnibus semetipsum fidei ejus unius commisit. Cum respondisset aperè Phocionem, haud impune Harpalum laurum, si pergeret civitatem redimere, ita in praesentia quievit maestas. Paulo post cum haberet populus Atheniensis de ipso consilium, advertit illos qui ab se numos acceperant, factos sibi adversarios, ne detegerentur, oppugnare se: Phocionem verò, qui se abstinerat, cum bono publico simul aliquam etiam salutis suae habere rationem. Igitur denuò incumbens, captavit eum enixe. Verum omnibus circumspicèctis, advertit eum, ut atcem auro undique expugnabilem. *Plut. in Phocione.*

Proditionis.

NICOSTRATUS, Argivorum praetor, ab Archidamo sollicitatus, ut magna summae praemio, & nuptiarum Lacenae, quam optasset, extra regias, praesidium quoddam proderet: responsum reddidit, Non esse stuprem Herculis Archidamum. Quippe lustrantem terras conseruisse improbos Herulem: Archidamum probos improbos facere. *Plut. in Apoph.*

INVIDIAE DECLINANDA.

Cyro juniore horum pretiosissimus a Scopis juniore Thebalice praefecto (quem ex Sicilia acceperat) missus fuit. Hoc monili mirabili, quadam arte variataeque constructum esse videbatur. Omnibus itaque, quibus id ostendisset Cyrus, mirantibus, gavisus thesauro, repente circa meridiem ad Aspasiam se contulit, & extractum de cista monile, monstravit ei, dicens: Hoc certe vel filia, vel matre regia dignum est. Cumque annuisset illa: En, inquit, tibi possidentium dono, tu verò cura, ut e collo suspensum geites. Illa non recepit munus, sed prudentissimè respondit: Et quomodo, inquit, autem, cum hoc donum potius matrem tuam Parisidem deceat: illi igitur mittito. Ego verò sine ornamento hoc tibi collum fatis venustum praestitero. Hoc responso delectatus Cyrus, Epistolam ad matrem unà cum monili G. misit. Parisatis accepto munere, gavisus est, & regis muneribus Aspasiam remunerata est, quòd tamen vel sola apud filium excelleret, tamen se velle superari a matre ipsius. Aspasiam quidem collaudavit, sed remisit ad Cyrum: Tibi (inquiens) hac usui possunt esse, quia magnam hominum multitudinem alis: mihi vero sufficit, si te simulamem, & ornamento utar. *Helian. lib. 12.*

LYSANDRI filius, tyrannus Siculus, solas & monilia magnae dignationis misit. Ea non admisit Lyander, inquit: Mundus hic deturpaverit, quam exornaverit potius meas filias. Ante Lysandrum id dixit Sophocles:

Ornatus hic non est miser, sed sedatis.  
Videtur, ac mentis concordia tua.  
*Plut. in praecipis Cambis. In Apoph. hoc ipsum quoque tribuit Archidamo, Zeuxidami F.*

PERICULI EVITANDI.

EUMENES in Orcyniis, Cappadociae campis, ab Antigono pet proditorem sulus, incidens in Antigoni impedimenta, cum capere ex facili valeret multa libera capita, & magnam vim servitiorum opumque collectarum ex tot bellis, & populationibus: veritus est, ne repleti, & onusti prada sui, evaderent ad fugam ignavi mollioreque ad sustinendum errores ac tempus, in quo potissimum spem collocaverat belli, ut alio averturus Antigonom. Sed quia profusus ope-rosus erat, opibus illis sub manu positus retinere Macedonas: iussit, ut corpora curarent, & pabulum darent equis, inde hostes adorirentur. Mox in occulto ad Menandrum, qui hostium impedimentis praerat, misit, quae de eo pro veteri amicitia, & consuetudine esset sollicitus, ut munitret se monens, maturaretque quamprimum ex locis equitabilibus, & planis, se ad proximi montis latus recipere inquitabile, ut eungi non posset. Fama est, cum hac testaretur apud Antigonom Menander, arque Eumencem collaudaret Macedones, in partemque humaniorem verterent, quòd liberos suos in servitutem redigere, & confutare uxores cum posset, abstinuisset, & praetermississet. Atqui ille, dixisset Antigonom, non vestri causa, boni viri, abstinuit istis: verum ne tot se pedicis fugientem intricaret. *Plut. in Eumene.*

Pe.







A eam accepit orationem, praesertim Constantia sorore, Licinii uxore, ut mitiora consulere vellet, orante. Itaque pax his conditionibus convenit, ut Licinius Constantio Illyricum, id est, Dalmatiam, Macedoniam, Pannoniam, Moesiam, Daciamque dimitteret: ipse Thraciam cum Asia, Aegypto, & Oriente sibi haberet: Valens autem, quem Licinius Caesarem appellaverat, tanquam artifex eorum malorum, abdicaretur. Atque ita fœdus utrinque conscriptum, & iurjuramentum firmatum est. Eusebius bellum hoc Cibalenicis Licinianum vocavit: gestum autem ob eam, quam diximus causam, & eo, quo expostum est, ordine, Zosimus retulit. Sigonius lib. 3. Imp. occid.

OTHO IV. ab Innocentio III. Romæ coronatus, in ejusdem odium incidit, cum per Italiam antiqua Imperii jura reposeret, quorum jam quaedam transierant ad Ecclesiam: sed & Mathildis potentis per Italiam femina locupletem hereditatem reposeret, quam illa legasse dicebatur Ecclesie: duplici jure ad se pertinentem. Nam legitimus hæres videbatur amita sua, quæ nata erat ex marchionibus Saxonia, & vacantis feudi directum dominium redibat ad Imperium. Otho vero Imperator, prædia Romanæ Ecclesie invasit, montem Faliscum, & urbes conterminas. Ergo Papa illum anathematis mucrone percussit, cohortatus principes Electores, ut quoniam ipse excommunicatum, & deinde depositum Imperio Othone decessisset, alium deligerent, Fridericum scilicet adolescentem annorum xx. Siciliæ regem, Henrici VI. Imperatoris filium, Friderici I. nepotem. Is mortuo Othone rerum potitus est. Crantz. lib. 7. Saxonia, cap. 33.

OECONOMIA PRUDENTE

Raceburgensis Episcopus Pardamus Knebeck, cum ob prodigalitatem prædecessorum Ecclesiastica prædia ita gravata essent ære alieno, ut non sufficerent proventus Ecclesie fratribus sustentandis: quinimò singulis annis ad necessariam sustentationem ecce. marcas, ad reditus annuos persolvendos, mutuo accipere cogentur: ad implorandam divam Virginem se contulit, fratribusque indixit, ut humili prece implorarent auxilium ab alto, & itauerunt, ut cum cantaretur Sequentia, Ave præclara, versus illos, Audi nos, & Salva nos, flexis genibus in honorem, & reverentiam Virginis humillimè corda inclinarent. Quo diligenter impleto, non multo post sanctissima Virgo immisit creditur spiritum providentiæ provisoribus, ut omnia cum singulari parsimonia dispensarent, & deinde proventus frugum bonos fecisse, ut paulatim ære alieno dissoluto, ad suæ sustentationis sufficientiam pervenirent. Crantz. lib. 11. Metrop. cap. 15.

PETITIONE MODESTA.

ANAXAGORAS philosophus, à Pericle occupationibus distracto neglectus, corpore obvelato jacuit, & vitam inedia finire voluit. Pericles terribus accurrit, & summis ab eo precibus contendit, ut sui misereretur, cui tantum consultarium adimeret. Tum Anaxagoras reducta veste dixit: Qui lucerna opus habent, o Pericles, oleum affundunt. Plut. in vita Pericli.

DONI SIMULATIONE.

D. GERMANUS, Antifiodorensis Episcopus, legatus missus ab Ammoricensibus ad Valentinianum III. Ravennam venerat. Cum Placidia Augusta vas argenteum cibis refertum ad eum misisset: ille, cibis ministris suis distributis, argentum sibi in necessitates pauperum conferendum retinuit, & panem cum hordeaceo pane remisit. Quem Placidia libens accepit, atque ad salutaria agritudinum remedia reservavit. Sigon. lib. 13. Imp. Occid.

RESCISSIIONEM DONATIONUM prodigarum.

Nobiles proceresque regni Scotorum indignabantur, fructus suos (quos Verdas vocant & Revelaciones) ab rege occupari, quos ex liberalitate parentis ejus superiorum liberè soliti fuissent ipsi recipere. Rex, convocato concilio, palam omnes rogavit, Utrum æquius ipsis videretur, regem suis, id est regis proventus vivere, an ipsorum? Ad quod quum ab omnibus, regis potius esse, responsum esset, demonstravit non ipsorum, sed regios eos esse proventus, quos Verdas Revelacionesque vocant, suumque patrimonium absumptum per prodigalitatem superiorum gubernatorum. Verdas autem vocabant, quum parentes, antequam liberi ad xxi. annum pervenirent, vita decederent: tum Rex omnes reditus occupabat, hæredisque interea curam suscipiebat. H. Boetius lib. 17.

CUR. CAUSA, SCILICET POPULARITATIS.

ARTAXERXES Perfarum Rex (qui juxta censebat regium esse, & benignum, capere candido, & alacri animo exigua, atque ingentia donare) cum homo pertentis, & plebejus, cui nihil erat aliud, sumptam ex amne ambabus manibus aquam ei equitanti in itinere obtulisset, accepit hanc grato animo, atrifigens: ex propeño animo dantis, non ex dati pretio munus æstimans. Plut. in Regum Apoph.

ARTAXERXES Mæonem, malum conspicuæ magnitudinis, quod homo pauper ei obtulit, cepit vultu hilarit: ac, Per solem, inquit, hic meo judicio etiam urbem parvam, si permiffa ei sit, efficiat magnam. Plut. in Apoph.

FIDEI IN PATRIAM.

Ut classis Xerxis Aphetas applicuit, expavescens multitudinem Eurybiades Lacedæmonius, frontem obtinentium navium, aliaque accipiens supra Sciatum ducentas circumvehit: statuit, quam ocyfissimè in interioriorem Græciam se recipere, & quamproximè tenere Peloponnesum, atque sic classi pro subsidio terrestres copias circumfundere, quod vires regis maritimas conferret insuperabiles. Hic metuens Eubœi, ne à Græcis desererentur, miserunt cum ingenti summa pecunie Pelagotem ad colloquendum occulte cum Themistocle. Quam ubi ille accepit, dedit eam, ut tradit Herodotus, Eurybiadi. Cum autem ex civibus relaxaretur ei Architeles, qui factæ navis erat trierarchus: pecunie verò, quam præberet sociis navalibus, inopis, præpararet se cum nave subducere: incendit in eum vehementius Themistocles cives, ut concursu facto cœnam ejus diriperent. Quare antonio Achitelli, ac graviter id ferenti, mittit in cythra Themistocles panem, & carnes in cœnam, subjicitque argenti talentum in fundo, adhortans, ut in præsentem cœnet, & postero die socios navales curet. Sin minus, lace-ratum ostendit ipsam se ad cives, quasi numos ceperit à Barbaris. Hac Leisbius Panias memorat. Plutarchus in Themistocle.

LIBERALITAS EN ΠΤΑΑΚΗ.

CONSERVATIO OPUM LIBERALIS.

Opes honeste

Vel

CONSERVANTUR, RATIONE HABITA PERSONARUM. QUI CONSERVANTUR.

¶ Parsimonia in domo dicitur: ad hunc quoque locum G pertinet, quatenus sumptum quem non facit, & datum quod non dat aliis, sibi ipsi servare intelligitur.

Principes.

ALEXANDER Mammææ anomam diligenter inspexit, ad aurum colligendum attentus, ad fervandum cautus, & ad inveniendum sollicitus, sine cuiusquam excidio. Cyprianus.

ALFONSUS Atestinus, dux Ferrariensis, adversus parsimoniam, & totius disciplinæ sue obtrudatorem sine jactantia dissendendo, hoc gravi edito prologoio sepius prædicabat, Principis inane esse nomen, & id contemptui atque injuriæ semper expositum videri, nisi ejus ætatis prægrandem signatæ pecunie vim, ante pericula congestam, contineri servatque omnis generis homines existimarent. Jovius.

Patresfamilias.

¶ Ex loco Prudentie œconomice huc quadam modo transferri possunt.

RERUM QUÆ CONSERVANTUR.

Conservare, Tueri honestè

Hereditatem.

Cum Moyses jussu Domini Salphaad Filias propter parentis suæ memortiam patri defuncto in divisione Terræ sanctæ succedere voluisset, & ille aliis, quam tribulibus suis (erant autem è tribu Manassis) nupturæ viderentur, Manassite ceteri veriti, ne hac ratione agro suo aliquid decederet, Moysen convenerunt. Itaque lita lex, ut filia heres instituta à patre, suo arbitrari nuberet, modò in tribus paternæ gentem nuberet. Num. 36.

Anonam.

JOSEPH ex fomnio Pharaonis famem septennem prævidens septennio integro quintas cuiusque anni fructuum congregavit, & hac ratione Ægyptum à gravissima fame liberavit. Genes. cap. 41.

MODI

MODI, QUOMODO CONSERVANTUR.

Putæ,

OECONOMIA DILIGENTE, FRUGALI.

Nabathæorum continentiam laudibus efferunt celeberrimi auctores, nec non cumulandis avertendisque divitiis curam exactissimam. Cel. lib. 18. c. 36. A. Lex Strabone.

Pericles Arbeniensis, cum magistratum annuum adeptus esset, invictum se à pecunia præstitit, alioquin non negligens omnino rei faciendæ. Nam bona paterna quæ justo titulo possidebat, cum neque injuria dilabi pateretur, neque iis nactandis multum sibi negotii molestieque esse vellet; eam domesticæ rei rationem inivit, quæ & expeditissimam, & certissimam esse putabat, ita ut omnes annuos fructus venderet simi quotannis; quæ autem ad victum, & rem familiarem erant necessaria, singula in foro quovis tempore emerent. Ea ratio neque pubescensibus sibi grata erat, neque largum præbitorem eam mulieres habebant, reprehendebantque simi impensuram rationem in dies, & accurato calculo computatam, cum in magna familia, & opibus splendidis nihil abundaret, sed omnes sumptus, omnes reditus ad certam numerum mensuramque revocarentur. Totam autem rem familiarem accuratissimè administrabat Euangelus famulus, sive natura, sive institutione Pericles ad id negotium ita egregie paratus, ut nemo quikquam. Plut. in Pericle.

ANNA Gandala à Valconum gente, Uladislo Hungariæ, & Boemiæ regi nupta, diligentissima acerrimèque fuit in tuendis vegetalibus, censibusque & arcebus regis conservandis, in quas proceres invadebant vilissimò obruto pretio, brevique insignem thesaurum concrevit, ac prima regnatum abacum regis ex solidò auro planè ingenti instruxit, aggressa dein mensuras argenteas adornare, ne quid aliud in cœnaculo regio nisi aurum, & argenteum purum putumque resplenderet. Post illius obitum in regis bona impetus sensum factus est ab harypis aulicis, qui tempora rapiendi observare, nimiaque regis bonitate ad suum quæsitum abuti novebant. Dubravius lib. 23.

Denegatione petitionis inhonestæ.

ALBERTUS I. Cesar à Bonifacio VIII. Pontifice infligatus contra Venceslaum IV. Boemorum regem, petit ab eo decumas argenti, quod in Boemia ex montibus puteisque argenteis, ac præcipue Cuthenensibus erueretur, iniquis: Eodem jure, atque eadem conditione obligatum esse imperio Boemiam, quæ cætera principum in Germania provinciæ, quæ à Cæsare jurisdictionem suam accipiunt, ut merito Cesar vicissim decumas metalli exigat. Venceslaus inter suos lubricus: Non vanum, ait, hoc in aulis jactatum dicerim: Rex pauper idem calumniator. Undenam tam evidens calumnia, nisi ex pera Alberti vacua? Itaque hæc responderi jussit; Se non obtinere, quominus Albertus vegetalibus Cesaris debitum jure suo utatur fruaturque, modò ab aliis sibi temperet, quorum in possessione perpetua semper fuerint non solum reges, sed etiam principes Boemiæ, qui sic à Germanis Cesaribus in amicitiam, & fidem recepti sunt, ut præter honorem, quem majestati Cesaris deberent, cætera immunes, & liberi essent.

Hanc adeò libertatem majores suos, seque in hodiernum diem usurpasse, eandem velle inviolatam posteris quoque suis tradere. Albertus ingenti exercitu conscripto, Boemiam ingressus, in aciem prodire noluit, sed re infecta exercitum reduxit. Dubravius lib. 18.

LUDOVICUS Boemiæ & Hungariæ rex, infincto antlorum siquem videret pretiosis pellibus, vel torquibus aureis insignem iis se donari petebat. Nemo erat, qui non juvenem regem demereri cuperet. Munus acceptum ille primo cuique petenti dare solebat. Viderat quadam die Henricum Tunkel exavis mutuum Ponticorum indutum, darique sibi illam vestem petierat: Has ego, inquit ille, pelles honoris tui causa, ut in conspectu majestatis tuæ ex dignitate mea apparerem, haud parvo ære permutavi, & ex illis ita concionari mihi vestem jussi, ut corpori meo apta esset, illudque accedente jam senectæ calefaceret. Isti autem qui illam venantur, juvenes sunt, possuntque adhuc sanguinis, & pellis suæ calore esse contenti; at si pellibus indigerint, benè, pulchrè & honestè pro ætate illorum vulpibus contengerent. Quo responso audaciam ceteris addidit, & pudorem aulicis petendi aliena, incussit. Dubravius lib. 23.

L. B. Theat. vite Human. Tom. IV.

Cum Gregorius XI. ab omni omnium provinciarum clero E decimam polceret, restitit tres Archiepiscopi Rhemenenses: Satis emunctam argento Germaniam, jam omne aurum à barbaris (quos Itali vocabant) subtili ingenio ablatum. Obiit per id tempus Archiepiscopus Moguntinus. Papa, ut haberet, quibus in tribus Archiepiscopis vel unus gratificaretur, providit de Ecclesia illa Episcopo Bambergensi, sed Capitulum postularit Spirensem, qui etiam præfida, & arces prior occupavit. Crantz. lib. 8. Vandalie, cap. 42.

Prohibitione exactionum.

Anno Sal. 1270. missus est Legatus Pontificis in Scotiam facere pecunie in Saracenos exigendæ causa. Alexandri III. Scotorum regis jussu extra fines subsistere, & per litteras mandata exponere jussus est. Petit itaque à qualibet Ecclesia parochiali quatuor marcas Sterlingas, ab Abbatibus verò singulis octoginta. Rex tantam pecuniam vim nulla habita proventuum ratione constari, nec posse nec debere repondit; sibi tamen curæ fore, ne ei bello deesset. Misit proinde mille marcas argenti Clementi quarto in subsidium protectionis, ad Ludovicum verò Gallie regem, ut ipse per Legatos postularat, mille milites in Africam, qui partim ferro, partim peste, æstum regionis, frigidissimo aluere solo, ferre non valentes, occubere. H. Boetius lib. 13.

Circa ann. Sal. 1464. Rex Poloniæ non satis æquo ferebat animo, Marinum de Fregeno, Nuncium Apostolicum, qui jam dudum in Svecia multas opes contraxerat, etiam in Polonia opes coercere. Duci jussit hominem, ut diligentius perquireret, quos in usus venirent tanto molimine accervata per provincias pecunia, suo regno magis, quam Italia necessaria, cum à Turcis Tartariisque quotidie laboraret. Ea fama quum percrebuisse Lubicæ, Nuncius quoque regis Danie opes ex Svecia illuc à Martino devecas sequestrari curavit, Apostolicus quoque collector, Decanus Hamburgensis, illidem manus iniecit. Marinus tamen astute elapsus est. Crantz. lib. 22. Vand. cap. 33.

Animadversione.

Quum Otho I. Imp. rogante uxore Editta, Angliæ regis filia, quæ Albi flumine delectabatur, Magdeburgi urbem exedificaret, & nundinis donaret, ad invitandos mercatores, Episcopatum ibi instituire constituit, Vandalis ad fidem Christi multiplicatis. Cum deesset territorium, egit rex primùm placidè cum Bernardo Halberstadensi Episcopo, Burgavio Magdeburgensi, ut cederet partem ditionis novo Episcopatu. Cæterum cum neque leationibus, nec precibus proficeret, captum Episcopum incarceravit. Aderat facta Jovis Dominicæ cœna. Episcopus quasi christina consecraturus, jussit sibi dari pontificalia ornamenta, quibus indutus regem accivit. Credens jam emollium rex, & malis perdominum, venit. Ubi assistit, Episcopus iuchoat: In nomine, iniquis, supremæ Trinitatis anathemato te, rex, cum omnibus qui te non deserendum putant, quòd manum injeceris, & detines Christum Domini. Rex cæchinno exiepiens digreditur, alius tamen deinde descendit in pectus ejus pontificalis imprecatio. Mox intra reversus, misit qui Episcopum laxarent, impetrata venia. Ita obtinuit Episcopalis leveritas, ne se vivo aliquid Ecclesie detraberetur. Sed morte ejus post annum 48. interveniente, omnia ex sententia regis processerunt. Crantz. lib. 3. Metrop. cap. 10.

NON CONSERVANTUR.

QUI NON CONSERVANTUR.

¶ Consule locum Magnificentie, & Manificentie, quatenus sumptus, qui fit in res honestas, non conservantur, & quatenus id, quod datur honestè, etiam non conservatur.

Apostoli.

¶ Vide post, Religionis causa. Philosophi.

CRATES Thebanus omnium fuit contemptor, quæ vulgo admirationi sunt, tum præsertim pecuniarum ac patriæ. Non enim tantum facultates suas Thebanis tradidit omnes, sed Thebas etiam, quas antea inhabitaverat, reliquit: Non opus esse, iniquis, ut eam civitatem incoleret, quam Alexander vel alias subvertitur sit. Plut. de non Fenerando.

Mmm

Quæ



QUE, NON CONSERVARE

HEREDITATEM, P. Scipio Numantinus integram Fabio patri hereditatem concessit. Plut. in Paulo.

PRADAM, ALEXANDER M. cum expeditionem in Indos suscepisset, graves autem, & impeditos videret præda Perfica Macedonas, primus flammam subdidit regis plauris, inde ceteros induxit, ut se imitari, ad bellum agiles, & expediti pergerent. Plut. in Emilio.

QUOMODO NON CONSERVENT, Opes Deferere.

DEMOCRITUS Abderites fratribus suis (alii patrie malunt) hereditatem paternam concessit (suis autem illa amplissima quandoquidem pater ejus Xerxis exercitui epulum dare potuit) ipse paucis pecuniis, quantum pro viatico satis fore videbatur, philosophiæ studio peregrinatum abiit. Gell. & Sab. lib. 2. cap. 1.

Abicere, CLEANthes Assius collectam pecuniosam aliquando projecit coram familiaribus, dicens: Cleanthes alterum Cleanthem alere poterit, si vellet. Laert. lib. 7. cap. 2. Philostratus in vita Apollonii, & Diocles, substantiam Crætem Thebanum Cynicum ajunt omnem in mare projecisse, ut eò libertius philosopharetur.

Apud Horat. lib. 2. sat. 3. Aristippus Socraticus servos prolicere aurum in media justis Libya, quia tardius irent, propter onus segnes. Hoc ipsum de illo retulit etiam Laertius, auctorem sequutus Bionem, qui non aurum fuisse, sed argentum pecuniamque, inquit, nec jusse, ut omne onus abiceret, sed quantum ferre posset, gereret; de uno namque servo loquuntur, non de pluribus, ut Horatius. In Africa prætere id ufurpasse non docet, verum simpliciter in itinere contigisse. Vidor. lib. 8. var. lect. cap. 18.

Depone apud alium, CRATES Thebanus, Cynici Diogenis discipulus, in pecuniam omnem substantiam redgens, apud Trapezitam deposuit hac lege, ut si filii philosophi essent, eam indigentibus civibus distribueret, nihil enim philosophos indigere existimans; si indior, eis redderet, ut vacuis virtute saltem opes opularentur. Laert. & Suid.

MAXIMILIANUS I. Imp. ingentem pecuniarum summam penes le nunquam tenuit, sed ad questores referri jussit, dicens: Se regendis hominibus præpositum, non auti sibi custodiam demandatam, quo si quis semel capiatur, mox e rege servum futurum. Tac. Spieg. in Aene Sylv. comment. de reb. gestis Alphonsi.

Communicare, AGESILAUS Rex Spartanorum, cum intellegeret cognatos Agidis regis in carcere necati inopia pressos, bona Agidis ex æquo cum illis divisi, licet jure ac civium judicio ad se solum pertinerent. Pontan. de Liberalitate cap. 11.

Restituere, ANACREON Thebes, à Polycrate quinque talentis donatus, cum duabus propter noctibus infomnis jacuisset, reddidit ea. Suidas.

PLANGONEM Milefiam adolescens quidam Colophonius amavit, licet Bacchidem amicam haberet Samiam, Plangonem Bacchidis forma audita, ut juvenem ab amore diverteret, congressus pretium postulatit monile Bacchidis pretiosissimum. Hic cum magnopere amaret, expetivit à Bacchide, ne se mori pateretur. Bacchis monile concessit. Cum verò cognovisset Plangonem, Bacchidem ab invidia esse alienam, suum illi monile remisit. Itaque communem, dum vixerent, habuerunt amicum. Quam rem admirati Jones, ut inquit Menor in libro de Depositis, Plangonem in posterum Pasiphilam vocarunt. Ex Athen. lib. 13. cap. 23.

Non vindicare, PERTINAX Imp. is que ceteri Imperatores sibi usi vendicabant, vetuit suum nomen adscribi, negans illa esse principum, sed populi Romani, factus in curia sanctus sibi videri se

pauperem rempublicam obtinere, quam per scelera, & flagitia ducere. Sabel. lib. 5. En. 7.

CUR. NON CONSERVARE OPES.

CAUSA

Religionis, Pietatis.

Ex Tit. Monachorum, Monachorum, & Eremitarum, qui voluntariam pauperem amplexi sunt, non paucæ exempla reliquarum opum huc transferes. Illis sanè religiosi affectus tanquam cause, hic derelictionis tanquam effectus, & adiuvantia habetur. Quod si verò derelictio non sit simplex, sed coniunctam habeat largitionem in pauperes factam, Munificencia hæc erit misericors, duplici laude digna, & qui opes suas hac causa negligit, & qui opes in aliorum usum convertit.

MATTHEUS ex quæstuosissimo hominum ordine (erat enim publicanus) à paupertatis magistro accessus, grandem pecuniam reliquit, cælestium rerum spem sequutus, sed in nulla quæstuosior, quam in paupertatis complexu. Rem terrenam, & caducam contempnit, & quæ aut casu aliquo amittenda erat, aut in morte relinquenda; estque tanto majora adeptus, quantum ille veritatis auctor, à quo vocatus est, omnes qui unquam fuerit in terris, virtute & sapientia antecelluit. Sabel. lib. 2. cap. 1.

BARTHOLOMÆUS regio stemmata fulgens, piscatoribus se æquari passus est, divinarum rerum cupiditate captus. Contempnit ille divitias, hic ipsum, ille fœnerari desinit, hic regnare, quod tanto præclarior est hominum opinione, quanto turpius, & calamitosius servitute tervere. Idem.

Omnia nunc alios Apostolici ordinis viros, non quia in contemptis rebus minus constantes fuerint, sed quia & ante Apostolum humiles inopeseque existisse eos apparet, stulta tunc, & infirma Deo eligente, ut sapientia fortiaque confunderent. Quamvis verissimum sit, eos quoque non minus multa reliquidisse, qui sibi nihil reservarent. Hinc est quod tantum piscatoriam navim, & quæ refractibant res dimittentes, adactæ proloquuntur: Ecce dimissimus omnia, & sequi sumus te; quid ergo erit nobis præmiū? Et responsum merentur accipere Domini dicentis: Amen dico vobis, quod vos qui sequi estis me, in regeneratione, cum fuerit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Marc. lib. 1. cap. 1.

POLEMUS potentissimus Indorum rex, Bartholomæi Apostoli prædicationibus ad fidem conversus, atque baptizatus, relicto imperio, eidem constanter adhaesit, discipulusque maluit esse Apostoli, quam Indiæ dominus. Idem.

Maria, Martha, & Lazarus, cum inter se partiti essent hereditatem; & Mariæ Magdalum oppidum, Mariæ Bethania, Lazarus pars urbis Jerolymæ forte obvenisset; omnibus post ascensum Domini distractis ac dividendis, pecuniam ad pedes Apostolorum projicere in terram, ut corda erigere possent in cælum, quod Christum jam præcesserant contempserant. Hunc morem sedulo à fidelibus ea tempestate observatum, Lucas in Apostolorum Actis testatur, dicens: Omnes etiam qui credebant, erant simul, & habebant omnia communia, possessiones, & substantias vendebant, & dividebant illa, prout cuique opus erat. Et iterum: Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una; nec quicumque eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et paulò post: Possessoribus agrorum, aut domuum, vendentes, afferbant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebantur autem singulis, prout cuique opus erat. Subjungit etiam, Josephum, Barabam cognominatum, agrum quem habebat vendidisse, pecuniamque Apostolorum conculeandam pedibus apposuisse, ut scilicet ea contempta, agrum sibi illum de Evangelio parare posset, in quo absconditus est thesaurus regni cælorum. Marc. lib. 1. c. 2. & Sabel. lib. 2. c. 1.

Philosophie.

ANAXAGORAS sapientiarum amore captus, ut expeditior ad eam accederet, campestre prædium ad compascuum usum suis reliquit civibus, cætera domesticis parvis est, & hoc affectu ad philosophandum fecit sibi aditum. Estque facile expertus sublimi vir ingenio, nihil his quæ contemplerat, sibi opus fuisse, ut prædicere posset, quando saxum esset e cælo casurum. Rogatus aliquando; Ad quid natus es? Utcælum, inquit;

A inquit, spectem. De patria appellatus, ceu parum hæc foret ei cura: Imò hæc curo, respondit, digitum cælo intendens. Sabel. 2. c. 1.

THEBANUS Crates, qui à nullo appellabatur creditore, neque obstratus erat, sed ipsis rei familiaris procuratoribus, curis & negotiis sollicitatur, patrimonio suo octo talentorum relicto, obloletum pallium, & peram sumpsit, fugitque ad philosophiam & paupertatem. Plut. de non sanerando.

POETA Philoxenus, ex colonis unus, qui in Siciliam missi fuerant, quum inibi domum & agros sortitus esset feraces, unde ali abundè posset; indignanter verò mores prælauros animadvertisset, ac nimio plus delicatus, & multam præferentes in concinnitatem: Mæ τὸς θεῶν, ἄνω ἐπὶ ταῦρα τὸ ἔργον ἐστὶν ἐπιτελεῖν ταῦτα: Non per deos, inquit, hæc me in perniciem bona dabunt, sed ego ipsa potius. Et cum dicto relicta focis forte, enavigavit inde. Cel. lib. 7. cap. 10. Lect. Antiq. & Giraldu Dial. 9. His. poet.

Fidei liberandæ, servandæ. Hucus, qui Depositorum, qui Creditum bona fide reddunt. Republica.

ACTS, Lacedæmoniorum rex, non solum augendi fortunam suas desiderio abstinuit, verum renovatis quoque Lycurgi legibus, voluit, ut inter cives omnes fortuna æquarentur, & ut à se hujus rei exemplum proficeretur, omnes opes suas in commune transfudit, atque aliis Lacedæmoniis se opibus æquavit. Plut. in eius vita.

Tranquillitatis, Quietis. ANACREON Teius poeta, quinque talentis à Polycrate Samiorum tyranno donatus, cum duabus ferè nobilitis ex cogitatione somno caruisset, reddidit ea Polycrati, inquit: ἀ τὴν αὐτῶν τὴν ἑσπέρην, quæ diceret, Tanti curam non emo. Gyrals. dial. 9. His. poet. ex Suida.

Fuerant Sigismundo Casari ex Hungaria allata quadraginta millia nummorum aureorum, quæ ubi noctu adveniant, in quos converteret usus, sollicitè cogitaret, per cubicularios ocys consiliarios omnes ac militum duces ad se vocavit, & aperta Carca: Ecce (inquit) crudelissimi hi hostes ac carnifices (nummos ostendens) omnium mihi eripuerunt, accipite ac inter vos dividite, ut mihi tranquille dormire liceat. Distributa itaque pecunia inter eos, cum extremi viri à consiliis Recedit jam (ait) à me tortor ille, qui me flagellavit; securis jam quiescam. Cyprian. & Aen. Sylv. 1. c. Comm. in Alfonso.

ARISTIPPUS Socraticus, in navigatione propter opes quas vehebat infideliis oppetit, eas in mare abiecit: Harum, inquit, interitus, mea salus erit. Suidas.

DONATELLUS Florentinus, statuaris, pecuniam omnem in distella ex officina digno suspensa semper habuit, ut cuiusvis amatorum quandocunque, quantumcumque vellet, inde acciperet, & tanquam sua uti, fruique liceret. Pompon. Gauricus Neapol. lib. de Sculptura.

Ephori, cum Accessus semper, ut iisque inter senes renunciatus esset, ei bovem honoris causa mitteret, multam ei dixerunt, adjecto clogio, quò blandimentis, & beneficiis communes cives proprios suos redderet. Plut. de Pietate erga fratres.

PRÆMIA LIBERALITATIS in cultum divinum.

Cenobia quindecim S. Ottonis ( Episcopi Badenbergenfis & Pomeranorum Apostoli) pia liberalitate fundata esse inveniantur, & copiosis stabilita presentibus. Ex quibus duo sanctissimi Dei mariti data oblatæque esse comperto. Quinque prætere domicilia constituit, quæ cenobiorum quasi seminaria fuerunt, quorum unum sacrosanctæ virginis fuit, quod reliquis quatuor præstabat. Longum esset, alia Ottonis monumenta perferre. Retectas basilicas, sacras aedes restitutas, renovata repositæque cenobia, bona Ecclesiis adjecta, pallas, stolas, exquisitè telæ calicis, calices aureos & argenteos, cruces magni impensisque pretii, capias, & sericis ex rara materia, urceos, guttula alia ex auro, alia ex argento, turribus, acerras, candelabris, cortinas, vela, tapeta, perflorata artis non vulgaris, sacram vestiem, omnis generis suppellectilem, & divini cultus instrumenta præclara, libros denique, & qui liturgie fervirent, & qui concionem intrinsecerent, nullius oratio comprehendendæ. S. Georgii monasterium à ruina, & vetustate vindicavit. L. B. Theat. vit. Human. Tom. IV.

dicavit. D. Michaelis cenobium ita reformavit, ut novum esse videretur, monachorum qui in eo vitam debebant, res, & facultates usque admodum produxit, ut talentorum plus nonaginta annua pensione cumulaverit. Abbas Trithemius Ottonem hunc vivum mortuumque scribit claruisse miraculis. Mihi pro ingenti miraculo est, qui tam multa tanque opulenta monasteria condidisset; tam varias piorum sedes partim exædificasset, partim redintegrasset; tamen ejus opes atque divitias exhauriri nunquam potuisse, ac se quòd plura Deo largiretur, eò ditiores fieri verissimè dicitare solere; Deus enim qui ferentis grana multiplicat, misericordis ac benigni præbitoris agros fundoque dilatat & bona fortunat.

Vide Locum de Religione, Monachis, Templo. LIBERALITAS SUMPTUARIA. Petre ex Loco de Sumptu. Vbi particulatim differitur, in quas res Sumptus facti.

Liberi.

Queratur Tit. de Filiis, Parentibus, Educatione, Institutione, Amore, Fide, Crudelitate, ut in quibus multa que Parentes bene, vel male filii, vel e converso hi illis impenderunt, reperiuntur, atque in unum locum commodè transferri nequeunt.

Libertas.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

LIBERTAS, Græcè ἐλευθερία, & ἐλευθερία, liber dicitur. Hebr. Chopheseth, à verbo Chippeseth, libertate donavit, manumissit, & in a. conjugat. passiva Chippeseth, libertate donatus, Levit. 19. 20. Est autem libertas, naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi quod viant jure facere prohibetur, ut habetur Institut. de iure person. princ. cuius oppositum est servitus, veniuntque à liber.

Libertus pariter inde derivatur, & is est, qui cum esset servus, factus est liber. Inde etiam fit libertinus, quod est adjectivum nominis, & est relativum ingenui, sicut libertus relativum patroni.

Quid est libertas? potestas vivendi, ut velis. Quis igitur vivit, ut vult, nisi qui recta sequitur? Solum hoc contingit sapienti, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. Quis neget omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos, esse servos? An ille mihi liber est, cui mulier imperat, cui leges imponit, præscribit, jubet, vetat quod videtur; qui nihil imperanti negare potest, nihil reculare audeat? potest, dandum est, vocat, veniendum, ejicit, abeundum, minatur, extimendandum: ego verò istum non modo servum, sed nequissimum servum, etiam in amplissima familia natus sit, appellandum puro. Cic. in paradox.

Quid sit libertas? queris: nulli rei servire, nulli necessitati nullis casibus fortunam in æquum reducere. Sen. 47. ep.

Libertus non est, quem superbus inflammat animus. Idem in Proverb. Libertus est is existimandus, qui nulli turpitudini servit. Cic. 4. ad Heren.

DIVISIO.

Quadruplex apud DD. distinguitur libertas. Civilis, quæ servituti civili mancipiorum opponitur. Moralis, quæ excludit servitutem viciorum, retumque adversantium formidinem; & in hac Stoici ponebant beatitudinem, si nempe quis dicere de se posset: Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruine.

Spiritualis, ex perfecta charitate proveniens, quæ foras mittit timorem, per quam amore filiali Deo servitur in spiritu, & veritate. Cælestis, excludens omnem cum animi, tum corporis servitutem, & miseriam, & includens omnis boni complementum, & consummatam hominis felicitatem.

S. Bern. lib. de gratia & lib. arbitrio, triplicem libertatem distinguit. Ut alia sit libertas naturæ, quæ necessitati naturali opponitur, & constituit liberum arbitrium: Alia gratiæ, quæ peccato opponitur, & constituit hominem justum: Tertia gloriæ, & opponitur ærumnis hujus vite, estque quæ facit hominem beatum.

Metaphysici & Theologi paulò aliter loquuntur, dum dicunt Metaph. 2. liber.